rem. Quid porro tam aptum eſt ad faciendam Auctoritatem, quam Dei immortalis, cuius vi, ditione, ac numine omnis mundus regitur, vice in terris fungi? Homines enim a ſupremo Deo praeclara quadam conditione generati, ac rationis velut cognatione, ſocietateque cum Divina Mente coniuncti, quo bene beateque vivant, conſiliiſque tanto Conditore dignis, ad honeſta quaeque & laudabilia impellente, reſpondeant, non exleges illi quidem, ac ſibi tantum nati vagantur, ſed principem legem illam, non ſcriptam, ſed natam, non excogitatam hominum ingeniis, non ſcitis populorum ſancitam, ſed illius Caelum, atque terras tuentis & regentis Dei aequalem, acceperunt. Utinam tanto munere perfrui hominum generi perpetuo datum eſſet! Proſpera cuique, conſtans, aequabiliſque, ſecundo, inoffenſoque vitae curſu, fortuna obtigiſſet. Non victa pie-

tas

nelle ſtraniere nazioni. Ma chi ſaprà mai immaginare mezzo da conciliar l' Autorità più confacente di quello, che ne porge il ſentimento di eſſere i Sommi Imperanti in terra i Vicarj di Dio immortale, dal di cui potere, comando, e conſiglio tutto il mondo dipende? E vaglia il vero l' uomo creato da Dio in uno ſtato invidiabile, e col vincolo della ragione unito, e quaſi diſſi imparentato con Dio medeſimo, onde paſſi in proſperità i giorni ſuoi, e corriſponda al gran diſegno del Creatore, che lo muove e ſolleva ſempre al ben oprare, non è nato ſenza legge per vivere ſoltanto a ſe medeſimo, ma benſì ha ricevuto quella ſublime legge, ſcritta non già, ma nata, indipendente dalle invenzioni dell' umano ingegno, e dagli ſtabilimenti de' popoli, coetanea al ſommo Dio, che regola col ſuo cenno il Cielo e la terra. Foſſe ſtato in grado al Cielo, che l' uomo riottoſo aveſſe ſaputo goder ſempre di sì gran dono! Paſſerebbe ciaſcuno in delizie, e ſenza diſguſto la vita in uno ſtato ſempre eguale e coſtante di felicità. Trionfereb-

tas, non fides conculcata, non omnium virtutum commendatrix Juſtitia iaceret. Sponte quiſque rectum honeſtumque colens, non ſupplicii metu, ſed virtutis ſtudio & ad recte faciendum propenſus eſſet, & a ſcelere avocaretur. At quam proclive eſt hominum ingenium a iure ad iniuriam? qui divitiarum, gloriae, potentiae, dominandique cupiditate inſtigati, ſuis omnia commodis, ſuiſque utilitatibus quo iure, quaque iniuria metientes, neglecto, quod cuique natura tribuit, iure, depreſſis tenuioribus, divina atque humana iura pervertere non dubitarunt. Deus vero naturae ius, cuius ipſe inventor, diſceptator, & lator fuit, inultum patietur? Fruſtraque erit divinum conſilium, quo rerum naturae omnis moderatio continetur? Impium ſane eſſet, divinaque ſapientia indignum ſuſpicari, ſceleratos homines, Deo violati

iuris

be la pietà, non gemerebbe ſotto a' piedi de' disleali la fede, e farebbe di ſe vaga moſtra e figura l'avvilita Giuſtizia, ch'è di tutte le virtù il lodevol compendio. Inutile ſarebbe il timor del gaſtigo per coſtringere all' oſſervanza del giuſto e dell'oneſto l'uomo, che ſenza ſprone, per amor della virtù, deteſtando il delitto, ſeguirebbe le glorioſe tracce della giuſtizia. Ma quanto facilmente degenera dal dovere all'ingiuſtizia l'uomo ribelle! che divorato dalla paſſione delle ricchezze, della gloria, della potenza, e della ſignorìa, tutto rapportando a' ſuoi proprj vantaggi o a torto o a dritto, opprime, uſurpa, attenta ſu i diritti altrui, che a ciaſcuno per natura competono, e ſollevandoſi ſulle ruine del più debole, mette ſoſſopra tutte le umane e le divine leggi. E laſcerà Dio invendicata quella legge, di cui nel darla all' uomo ſi è dichiarato garante? E andranno a vuoto le provvide mire del Creatore, che regge e ſoſtiene la natura? Si farebbe certamente gran torto al ſuo infinito ſapere, ſe ſi ſoſpettaſſe, che poſſa il malvagio far ne' buoni il più

iuris vindice, impune in optimum quemque posse saevire. Valeant qui Conditorem Deum hominum generi, quo nihil praeclarius, nihil maius, nihil divinius ne excogitari quidem potest, consulere & providere negantes, otio diffluentem fingunt. Deus enim, cuius est praeesse ac moderari hominibus, atque iura impiorum scelere infracta reparare, vicariam tuendae in terris Justitiae potestatem Summis Imperantibus demandavit. Hi divino aucti Imperio, sine quo, nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec universum hominum genus stare potest, ferendis adscribendisque legibus, quibus aliquid, praeferendi luminis gratia, vel additur, vel detrahitur iuri naturae, vel controversiae constitutis iudicibus dirimuntur, vel afficiuntur supplicio contumaces improbique, vel denique populo salus, incolumitas Civitati, vitaeque hominum quies & otium quaeritur, per Deum regnant, rem divinam peragunt, obeunt mu-

vile traſtullo de' ſuoi attentati, ad onta di quel Dio, che all'oſſervanza, e alla vendetta della vilipeſa legge invigila e preſiede. Non è egli, come l'empio vaneggia, immerſo in ozio codardo, ma prende dell'uomo la più ſollecita cura. Lungi, lungi da noi sì folle penſiero, che poſſa Dio traſcurar l'uomo, opera la più grande, la più bella, la più ſublime delle ſue mani. Poichè Dio, cui appartiene regnare e ſignoreggiare ſopra l'uomo, e riſarcirne le offeſe contro agl'inſulti degli empj, ha delegata quì in terra a' Sommi Imperanti la poteſtà di mantener l'oſſervanza della Giuſtizia. I Sommi Imperanti adunque nel dettare a' popoli e ſcriver leggi, colle quali or aggiungendo, or togliendo o ſi riſchiara la legge naturale, o ſi decidono ne' giudizj le controverſie, o ſi rende a' contumaci e malvagi il ben meritato gaſtigo, o finalmente ſi proccura il beneſſere a' popoli, la ſicurezza allo Stato, la quiete e la Pace all'uman genere, i Sommi Imperanti, io dico, regnano in luogo di Dio, maneggiano un dilicato affare di divina proprietà, ſoſtengo-

no

munus Dei, quem ut legis naturae latorem, & praeceptorem, ſic Summae in terris Poteſtatis Auctorem, vindicemque reveremur. Mens Divina ſumma lex eſt, cuius ſumma eſt tueri Juſtitiam, per quam & imbecilliores ab iniuria prohibentur, & ſummi infimique aequo reguntur Imperio. Juſtitiam inter homines ſummus ille rerum Arbiter ſervari iubet, Juſtitiae fruendae cauſſa delatum Regibus Imperium tuetur, ut non immerito cum Platone Titanum e genere eos ſtatuas, qui ut illi Caeleſtibus, ſic hi Summis Imperantibus adverſantur. Ex quo factum eſt, ut Regale Civitatis genus, omnibus antiquis gentibus probatum, divino honore cultum ſit ſemper: quod ſi vellem ſingulas hominum aetates repete-

re,

no le veci di quel Dio, che come fu del diritto di natura precettore ed inventore, così è ancora l' Autore e 'l garante della Somma Potestà sulla terra. La Mente Divina è quella sovrana legge, che si riduce all' osservanza della Giustizia, la cui mercè posto il debole al coverto degl' insulti del più forte, sotto la protezione della legge e del Monarca il grande col piccolo si eguaglia e confonde. L' osservanza della Giustizia è egli la volontà dell' Autor della natura, e per l' osservanza della Giustizia appunto conferisce Dio a' Principi il Sommo Impero, che difende e sostiene; onde all' avviso di Platone, non possono non chiamar sopra le loro teste la Divina vendetta coloro, che quasi discendenti da' Titani, fanno guerra, come questi la fecero a Giove, così quegli a' Sommi Imperanti.

Quindi deriva, che il Real nome e la Sovranità del Monarca, approvata come la sorgente di ogni felicità da tutte le antiche nazioni, è stata sempre venerata con divini onori, inguisachè se io volessi riandare col pensiero tutt' i secoli,

re, easque ab ipsis mundi incunabulis ad haec usque tempora deducere, congruentia huic rei testimonia depromerem. Haec opinio nec vana, nec ficta, sed stabilis, omniumque gentium firmata consensu, quae nulla unquam poterit diuturnitate exolescere, una cum saeculis aetatibusque hominum inveterabit. Quam vere dictum est, opinionum commenta deleri die, naturae vero iudicia magis confirmari. Quare ad asserendam Regibus vicariam Dei potestatem, nihil nobis opus esse videtur, vetera & aliena exempla longius petere, cum rem domestica & recentia evincant luculentissime. Liceat quibus est otium, Reges cum Homero Jovis Alumnos, Jove ortos cum Callimacho, Principatum rem divinissimam cum Aristotele appellare, laudare Persam Artabanum, inter leges multas easque bonas, quibus late patens Persarum Imperium

li, e dalla prima età del mondo ſcorrergli tutti ſino a' noſtri giorni, potrei in prova di queſta incontraſtabile verità produrre ſodi e ben convincenti argomenti. Queſta opinione non già barcolante o falſa, ma ſtabile e coſtante, fondata ſulla baſe dell' unanime conſenſo de' popoli, reggerà agl' inſulti del tempo, e invecchierà col Mondo. Quanto è vero, che le opinioni figlie de' vaneggianti penſieri dell' uomo ſono divorate dal tempo, laddove i giudizj di natura acquiſtano ſempre più conſiſtenza e vigore, Pertanto a ſoſtenere e raſſodare in perſona de' Principi la Poteſtà Somma come un' emanazione della Divinità, non mi fa d' uopo rintracciare lontani argomenti e ſtranieri, quando il mio aſſunto è ad evidenza dimoſtrato con atteſtati più vicini, e che abbiam tra noi. Abuſi chi vuole dell' ozio in chiamare i Re con Omero Alunni di Giove, con Callimaco di Giove diſcendenti, il Principato coſa a Dio molto vicina con Ariſtotile, e in rammentare il ſentimento di Artabano Perſiano, il quale tra le molte e ſagge leggi, ond' era governa-

rium regebatur, hanc optimam ſuſpicientem, qua erat cautum, Regem colendum eſſe & adorandum, ut Dei cuncta ſoſpitantis effigiem, atque cetera, quae legentibus paſſim occurrunt, Annalium Scriptorum, & Poëtarum teſtimonia proferre, quae oſtentando magis ingenio, quam rei confirmandae inſervirent. Inſpiciat quiſque ſe, animique ſui ſenſa diligenter excutiat: habebit ſane, unde huius rei praeclariſſimum argumentum, nullo illitum fuco, nulla quaeſitum arte colligat, eamque penitus inſitam de Regia poteſtate in ſe opinionem deprehendet, qua nec honorificentior ulla, nec reverentior ſecundum Deum unquam poterit hominibus ingenerari. Ego vero mihi ipſe conſcius, cum TVI *cominus videndi facultas datur, tanto corripior ſtupore & admiratione, ut non mortalem, ſed ſub mortali ſpecie praeſentiſſimum Numen videar intueri.*

Ad-

to il vaſto Impero de' Succeſſori di Ciro, encomia come delle altre la più eccellente quella, che preſcriveva doverſi adorare e riverire il Re, come immagine di Dio, che tutto proſpera; e in citare degli Storici e de' Poeti gli altri luoghi, che ſpeſſo s'incontrano da chi legge, i quali ſervirebbero a far piuttoſto moſtra e oſtentazione d'ingegno, che a provar l'aſſunto chiaro in ſe ſteſſo e manifeſto. Eſamini ciaſcuno diligentemente il fondo del ſuo cuore, ſquittini attentamente i ſenſi del ſuo animo: ritroverà ſenza dubbio in ſe medeſimo un argomento invincibile, non inorpellato, nè ricercato dall'arte, ma ſchietto e ſincero, che gli farà ſcorgere ingenerata e ſcolpita nel ſuo interno un'opinione verſo de' Principi dopo Dio la più vantaggioſa e riverente, che poſſa mai l'uomo concepire. Io per me, che ſono conſcio a me medeſimo, quando mi tocca in ſorte di guardarvi da vicino, reſto ſorpreſo da tale ammirazione e ſtupore, che parmi vedere non già una donna mortale, ma ſotto mortale ſpoglia un Nume propizio e venerando.

Adiuvant mirum in modum tam amplam opinionem elegantia formae, oris decus, gravitas inceſſus, totius concinnus corporis habitus, induſtria in agendo, celeritas in conficiendo, conſilium in providendo: at ſummam quaſi manum Auctoritati imponit Pietas in Deum, quem pura, integra, incorrupta & mente, & voce ex venerata. Quo in TE *animo ſubditi homines eſſe debent, cum* TE *recta & honeſta de mente Dei O. M. ſentientem ſacris adeſſe vident, non elato, ſed ad Pietatem & verecundiam compoſito vultu, Deo, bonorum omnium largitori, ardentia pro communi ſalute & incolumitate nuncupare vota, caſtas adhibere preces, ut Pietate & Religione cum Deo* TE *coniunctam colligatamque venerentur. Atque illud inter Summos Imperantes, & reliquos*

Aggiungono ſenza dubbio a queſt' alta opinione gran peſo la vaghezza e 'l contegno del volto, la gravità del portamento, e la bella ſimmetrìa di tutto il corpo, il ſaggio avvedimento nell' oprare, la ſpeditezza nel condurre a glorioſo fine le più grand' impreſe, l' accortezza nello ſcorger da lontano i futuri avvenimenti: ma la Pietà verſo Dio, che avete ſempre venerato e colla lingua, e col cuore puro, caſto e incorrotto ſpinge l'Autorità al più ſublime apice della perfezione. Quale idea debbono di Voi formare i Voſtri Vaſſalli, e da qual entuſiaſmo di ſtima e di venerazione eſſer debbono animati e commoſſi, al veder Voi penetrata e convinta dai più giuſti e oneſti ſentimenti intorno al Supremo Eſſere, aſſiſtere alle ſacre funzioni, non già con faſto, ma con divozione e verecondia, porgere per la comune tranquillità e ſicurezza ſervidi voti al Donator di ogni bene, raſſegnargli caſte preghiere, onde non è malagevole a chicchesìa ravviſarvi ſtretta con Dio e congiunta. Queſto è, a mio avviſo, il gran divario che paſſa tra i Sommi Imperan-

quos homines maxime intereſſe puto, quod hi vitae integritate, mente pura, & ab omni ſcelere immuni, ac denique iuſtitiae cultu Pietati erga Deum ſatisfaciunt: illi vero tam laudabile Pietatis ſpatium emenſi, non modo ad calcem magnis itineribus non contenderunt, ſed etiam intra carceres adhuc videntur contineri. Agitur enim Dei gloria, Dei decus, quod peculiari quodam modo traditum illis eſt defendendum, & ab impiorum iniuriis ludibriiſque vindicandum. Quare ut Dei eſt, Summos Imperantes, quorum ſe vindicem praeſtitit, tueri & ſervare, ſic rurſus Principibus Dei cultus, idemque ſanctus & caſtus ſumma eſt ope curandus & provehendus. Religio & Imperium, quorum unus fons, una origo, unum eſt principium, conſpirant & coniurant amice, ut, integro Imperio, Religionem ſplendeſcere, & ſalva

Re-

ti, e tutti gli altri uomini, che questi con un tenor di vita irreprensibile e scevro di colpe, colla mente pura e casta, e coll' osservanza della Giustizia soddisfano ai doveri verso Dio: ma quegli dopo aver precorsa sì lodevol carriera, non solamente non si sono a gran passi avanzati verso la meta, che anzi sono ancora sulle prime mosse del cammino. Si tratta del grande e dilicato affare della gloria e dell' onor di Dio, che in particolar maniera è stato loro affidato a sostenere e a difendere dagl' insulti e dai dileggiamenti degli empj. E siccome appartiensi a Dio garentire e sostenere i Sommi Imperanti, di cui si è dichiarato Protettore, così in corrispondenza debbono i Sommi Imperanti a tutta lor possa mantenere e promuovere il santo e inviolato culto di Dio. La Religione e l' Impero, di cui una sola è la sorgente, una sola l' origine, un solo il principio, sono in amichevole e indissolubil lega congiunti, inguisachè, salvo l' Impero, fa d' uopo, che la Religione sia nel più gran lustro e splendore, e rispettata la Religione, non

Religione, Imperium ſtare & florere neceſſe ſit. Haec Tv, *quae omnis doctrinae ſtudia, & regendae Civitatis artes a prima aetate edocta es, & probe noſcis, & ſumma cum laude praeſtas. Tantum ſane abeſt, ut* Tv, *dum caſtis precibus Deum exoras, admirabili modeſtiae exemplo templa perluſtras, ſacras caerimonias excolis, tenuibus praeſidium, viduis & pupillis tutelam, aegris ſolamen, egentibus opem praeſtas, univerſa Pietatis erga Deum officia expleviſſe putes, ut id potius ſummis* Tibi *viribus agendum arbitreris, ne Deum uſquam negligi, nec impios homines, qui voce & ſcriptis caſtas piorum aures conſcelerare ſtudent, conſiſtere patiaris. Religio*

può non eſſer florido e durevole l' Impero. Maſſime cotanto ſane e ſublimi, che non poſſono affatto ſfuggire alla Voſtra intelligenza, che fin da' primi anni ſiete ſtata iſtruita in ogni ramo di letteratura, e ſpecialmente nel gran meſtiere di reggere Stati e Imperi, hanno, Voſtra mercè, il più lodevole adempimento. Tanto egli è lungi, che Voi col raſſegnare caſte preci all' Altiſſimo, col viſitare con ammirabile eſempio di modeſtia i ſacri templi, col frequentare le ſacre cirimonie, col ſollevare i biſognoſi, col proteggere le vedove e i pupilli, col conſolar gl' infelici, e rilevare i poveri dal deplorabile ſtato di miſerie, ſtimate di aver compiutamente ſoddisfatto a tutti i doveri verſo Dio, che anzi vi credete aſtretta dal più preſſante dovere di ſoſtenere e vendicare il vilipeſo culto di Dio, e di non permetter giammai, che abbian ſede e ricetto in qualunque angolo de' Voſtri feliciſſimi Stati quei moſtri orrendi, che colla lingua, e colla penna procurano diſſeminare empie maſſime per far traviare dal dritto ſentiero i veri credenti.

ligio tanta vindice tuta & a primaeva illa integritate nunquam deſciſcet, & avitum ſplendorem perpetuo ſervabit.

Quoniam vero contra Magorum Perſarum abſurdam ſententiam (a), quibus auctoribus omnia Graeciae templa Xerſes inflammaſſe dicitur, quod Deum, cuius hic mundus omnis templum eſt, parietibus includi nefas eſſe putabant, maiores noſtri ex Servatoris inſtitutis magnifica ad Pietatem augendam templa excitarunt, quod Religio, dum in templo ſacris vacamus, vehementius in animis verſatur, ac Divinum Numen, quod oculos intuentium fugit, ſi ita loqui fas eſt, velut praeſens ſiſtitur: clariſſimis Pietatis TVAE *in Deum argumentis adnumerandum videtur, quod ampliſſimis donariis, ſimulacris, ſacra ſupellectili templa ſplendide & magnifice, Re-*

(a) Melius Graeci atque noſtri: qui, ut augerent pietatem in Deos, eaſdem illos, quas nos, urbes incolere voluerunt *Cic. De leg. l. 2. c. 11.*

La Religione da Voi protetta e difesa non tralignerà giammai dalla primaria santità, e conserverà sempre il brio, e lo splendor de' nostri padri.

E perchè contro ai vaneggiamenti dei Filosofi Persiani, che persuasero a Serse d'incendiar tutt' i templi della Grecia, sul falso giudizio, che chiudendola nel recinto di mura, restasse degradata la Maestà di Dio, di cui tutto questo mondo è tempio, i nostri maggiori seguendo i precetti del Salvatore per aumentar maggiormente la pietà de' fedeli, ereſſero superbi grandiosi templi, dove radunandoci frequentemente a celebrare i sacrosanti misteri di nostra credenza, ne veneriamo con maggior divozione la sublimità incomprensibile, e Dio, che ne' templi, come in sua magione risiede, tuttochè invisibile, ci riempie, per così dire, della sua adorabile presenza; egli è senza dubbio un chiaro e convincente argomento della Vostra Pietà verso Dio, che Voi con molta magnificenza, in conformità dei generosi sentimenti del Vostro animo veramente Reale, avete con divoti presenti, con simulacri, e con sacri

Regio & animo & more, exornanda curaſti. Quid quod neglectis Religionis Miniſtris, qui ſacris operandis praeſunt, Religio contemptui habetur? Hoc unum ſummae Pietati TVAE *deerit, ut Religionis Adſertores iacere patiaris? eoſque, quos ſibi iaculandos impietas & impudentia propoſuit, ut uno ictu Religionem Religioniſque Propugnatores confodiat, ſceleratis iaculis patere ſinas? Quin eximiarum laudum* TVARVM, *quas ex omni vitae ratione colligis, hoc caput eſſe puto, quod Religionis Cuſtodes divini, quod per ipſos geritur, muneris habita ratione, foves, tueris, ſummiſque, ut par eſt, honoribus cumulas. Quod ſi tanta inter eos, qui regunt, & qui reguntur intercedit neceſſitudo, tamque arctis vinculis cum ſubditis hominibus Imperantes devinciuntur, ut, Regis exemplo propoſito, turpia quiſque ſcele-*

arredi accreſciuto ai divini templi il luſtro e lo ſplendore. Chi non ſa, che dall' avvilimento de' ſacri Miniſtri dell' Altare al culto di Dio deſtinati e preſcelti, deriva per neceſſaria conſeguenza il diſprezzo della Religione? Dunque la Voſtra Pietà con laſciar nell' abbiezione i Difenſori della Religione, ſarà diſtante dall' apice della perfezione per un ſol grado? E permetterete mai, che reſtino eſpoſti ai replicati inſulti de' miſcredenti i ſacri Cuſtodi della Morale Evangelica, che l' empietà e l' impudenza, per ferire con un colpo ſolo la Religione e i ſuoi Miniſtri, ha preſo a farne il più diſpregevole berſaglio? Anzi di tutte le lodi, che riſultano dall' irreprenſibile tenor di Voſtra vita, queſta a mio credere è la principale, che Voi tenendo conto del ſacro miniſtero, ch' eſſi eſercitano, gli proteggete, gli difendete, e gli colmate, come convienſi, de' più ſublimi onori. E ſe tali ſono i rapporti, che paſſano tra il Sovrano e 'l Popolo, e tanto ſtretti ſono i vincoli, che legano i Vaſſalli al Principe, che ciaſcuno, ad eſempio del ſuo Re, ſegue le tracce del-

la

ſectetur, aut laudabilia; fieri profecto nullo modo poteſt, ut, TE *Duce,* TE *Magiſtra, a Pietate abhorreamus. Nae* TV *Dei cultum, cui ſplendorem effuſa addis Munificentia, facis* TVO *exemplo,* TVAque *inſigni Pietate ſanctiorem.*

Hinc TIBI *ſumma laus, ſumma quaeritur Auctoritas, non ſparſis rumoribus, non incerta fama, ſed egregiis Virtutibus, ac omnium optimorum conſenſu firmata. Laudibus certe* TVIS *nonnihil officere viderer, ſi locorum longinquitate, ut vulgo ſolent, partam* TIBI *Auctoritatem contenderem. Nihil nobis iſtis hac in cauſſa opus eſt argumentis, quae in ſumma verae laudis inopia callidum & ſollers dicendi genus undique conradit, ut labentem quaſi Orationem conquiſitis arte ſubſidiis confirmet, cum ea laudum* TVARVM *copia uberrim affluat, quae vel diſertiſſimorum ora laſ-*

la virtù o del vizio ; non possiamo noi certamente, segnandoci Voi il lodevol cammino della Pietà, non essere a Dio attaccati e congiunti. Voi dunque, lo affermo senza tema di errare, che colla Vostra generosa Munificenza aggiungete alla Religione nuovo lustro e decoro, la rendete col Vostro esempio, e colla Vostra singolar Pietà verso Dio vie più venerabile e maestosa.

Questa è pertanto l' origine de' Vostri encomj, e della Vostra Somma Autorità, appoggiata non già a voci false o a fama incerta, ma alle Vostre Virtù, ed all' unanime consenso di tutt' i buoni. Quindi non senza gran discapito delle Vostre lodi potrei seguire la comune usanza, di riferire alla lontananza, come alla sua sorgente, la Vostra Autorità. Inutili sono per noi argomenti di tal fatta, che in un soggetto sfornito di vere lodi ed essenziali, va a bello studio rintracciando lo scaltro ed ingegnoso Oratore, per sostener coll' arte e con ricercati pensieri il debole barcolante suo Ragionamento, quando la ridondante piena delle Vostre lodi affoga e ingoja ne' suoi profondi gorghi

laſſaret. Ea eſt enim ſolidarum Virtutum ratio, ut quo propius inſpicias, eo tibi maior admiratio & reverentia oboriatur; ex quo fit, ut magnam longinquitas acerbitatem, ſummam vero creet propinquitas delectationem. Vel hoc ex TE, SERENISSIMA DOMINA, *unde omnium laudum exempla iure petuntur, didicimus, qui moleſto* TVI *deſiderio confecti, nunc tandem cum* TE *ſecundo revectam omine, ſalvam florentemque conſpeximus, reſpirare viſi ſumus. Hoc unum ſecundis rebus reſtabat explendis, quae adventu* TVO *illuſtriores factae magnam exteris gentibus invidiam conflabunt.*

Age porro, populo TVO *diu laeta interſis, & liquidam, qua ex adventu* TVO *perfundimur, voluptatem, diuturnam nobis, perpetuamque facias. Juvat ſane* TE *velut de Caelo delapſam intueri,* TE *frui,*

TE

ghi la più forbìta e maſchia eloquenza. Le Virtù ſode ſono di tal fatta, che quanto più addentro e più da vicino ſi mirano, tanto maggiore è la maraviglia e la riverenza che ne proviene; onde come la lontananza ne produce gran diſpiacere, così la vicinanza all' oppoſto ne mena grandiſſimo diletto. Anche di queſta verità ci avete reſi perſuaſi Voi, incomparabile noſtra REGINA, ſorgente ineſauſta di lodevoli eſempli, mentre afflitti e ſconſolati per la Voſtra a noi fatale lontananza, non prima dell' epoca del Voſtro felice e per ogni verſo conſolante ritorno, abbiamo cominciato a reſpirare. Queſto ſolo in verità mancava a render compiuta la noſtra ben avventuroſa ſorte, che divenuta al Voſtro arrivo ormai più luminoſa e brillante, deſterà grande invidia in tutte le ſtraniere Nazioni.

Conſolate per lungo tempo colla Voſtra maeſtoſa preſenza queſto popolo fedele, e continuateci per la fine de' ſecoli la gioja, di cui il Voſtro ritorno ne riempie e ricolma. Indicibile è il piacere che riſente ciaſcuno in goder di

Vo-

TE *beari, quam beneficia Parentem, Virtutes Heroinam, Regium nomen, & in Deum Pietas exorabile velut Numen arguunt. Quare si magna debemus iis, qui Beneficia contulerunt, quod bene de nobis meriti sibi nos caritate devinciunt, maiora Virtute ornatis, quorum praeclare factis ad laudabilia excitamur, maxima parentibus, quod ab iis nobis vita & patrimonium tradita sunt, infinita Deo immortali, cuius numine & providentia gubernamur: immensum quiddam & innumerum est, quod* TIBI *debemus, quae Pacis otiique munere salutem nobis & incolumitatem reddidisti, Virtutibus monstrasti viam, ut ad egregia quaeque facinora contendamus, delatum a Deo Imperium ad communem refers felicitatem, castaque in Deum Pietate Religionem cum Imperio concilias.*

Ita-

Voſtra adorabile preſenza, e in rimirare quaſi dal Cielo per noſtro prò diſceſa Voi, che a conſiderarvi in varj aſpetti, Madre vi dichiarano i Benefizj, Eroina le Virtù, e quaſi diſſi propizio Nume il venerando Real nome e la Pietà verſo Dio. Adunque ſe obbligazioni grandi profeſſiamo ai benefattori, che con tratti benefici di lor propenſione ſi cattivano la noſtra benevolenza, maggiori ai gran Genj, che colle virtù ci ſegnan le tracce ad un glorioſo tenor di vita, grandiſſime ai genitori, che ci hanno dato con la vita ancor le ſoſtanze, infinite a Dio immortale, che colla ſua provvidenza ci regge e governa: immenſe ed innumerevoli ſono le obbligazioni, che profeſſiamo a Voi, la quale col dolce dono della Pace ci avete reſtituita la ſicurezza, colle Virtù ci avete additato il ſentiero, che a glorioſa meta ne conduce, coll'uſo lodevole del Sovrano Comando a Voi per divina delegazione conferito, procurate la felicità ai Voſtri Sudditi, e finalmente colla Pietà pura e caſta verſo Dio mantenete in grata e ſeducente armonìa la Religione e l'Impero. Pertanto que' due

Itaque quae duae res ad Regni ſalutem & proſperitatem plurimum valent, hae in TE *ſummae ſunt*, Benevolentia, & Auctoritas, *quarum alteram Benefacta, Virtutumque Regiarum commendatio, alteram ſanctum & grave Regium nomen, Pietaſque in Deum excitarunt.*

Fruere iſta laude TVIS *meritis parta, quam probi* TIBI *mores abunde concinnant. Nobis vero tanto bono auctis nihil avidius expetendum eſſe videtur, quam ut admirabilis iſta Populi* Benevolentia, *ſummaque, qua apud omnes gentes polles*, Auctoritas *propria* TIBI *ſit atque perpetua.*

FINIS.

due ſingolari pregi, ſorgenti perenni della felicità e della ſicurezza pubblica, in Voi con magnifica pompa ſi ammirano, la *Benevolenza*, e l'*Autorità*, che derivano, quella da' Benefizj, e dall'ammirazione delle Voſtre Virtù, e queſta dal ſempre ſacroſanto e maeſtoſo Real Nome, e dalla Pietà verſo Dio.

Godete del dolce frutto delle Voſtre Virtù: gioite del grazioſo prodotto de' Voſtri adorabili coſtumi. E a noi, che col Voſtro ſoſpirato ritorno abbiamo veduto compiuti tutt' i noſtri voti, altro a deſiderar non reſta, che in Voi, come in propria ſede, invecchi col volger de' ſecoli l'ammirabile *Benevolenza* del Popolo, e coteſta ſomma *Autorità*, che preſſo le future generazioni tramanderà a glorioſa ed immortal memoria il Voſtro Auguſto Nome.

IL FINE.

Adm. Rev. Dominus P. M. Palella S. Th. Prof. perlegat autographum operis ſuperius enunciati, & ſcripto referat. Die 6. menſis Octobris 1802.

FRAN. ROSSI CAN. DEP.

Eſſe, & Rſſe Princeps

JUſſui Eſſæ tuæ Rſſæ humili obſequio obtemperaturus, Orationem *ad Mariam Carolinam Siciliarum Reginam &c.* a Domino Joanne Armentano editam, ac a Domino Ferdinando Ferrario italice redditam, diligenter perlegi. In ea, omni vel umbra falſitatis eliminata circa Catholicam Fidem, morum integritatem, ac Regalium jurium integritatem, nonniſi eruditionem, elegantiam, ac Sermonis gravitatem lubens perſpexi, ſolida doctrina roborari. Si libuerit igitur Eſſæ tuæ Rſſæ, ut in lucem prodeat, autumo. Datum in Regali Conventu Carmeli majoris die ſeptima Octobris 1802.

Eſſæ tuæ Rſſæ

Humillimus, & addictiſs. famulus
Fr. Carolus M. Palella.

Attenta relatione Domini Reviſoris imprimatur. Datum Neapoli die 12. Octobris 1802.

FRANC. ROSSI CAN. DEP.

U. J. D. D. Dominicus Genoveſe perlegat, & in ſtriptis referat. Neapoli die XXXI. Auguſti 1802.

F. A. C. M.

Excellentiſſime, ac Rme Preſul

ORationem, cui inſcriptio = *Ad Mariam Carolinam Auſtriacam Siciliarum, & Hieruſalem Reginam &c.* a docto Viro Domino Joanne Armentanio latino ſtylo elucubratam, & ab ejus Alumno Domino Ferdinando Ferrario italice redditam, ut Tuo juſſui auſcultarem, ſedulo perlegi. Cumque in ea præter ſelectam eruditionem, gravitatem rerum, ac ſententiarum, elegantemque latini ſermonis leporem repererim nihil, quod vel hilum vellicet Regalia Juta, cum potius Regale Nomen, Regiamque Auctoritatem aſſerat, ac tueatur, autumo eamdem per typographycam artem poſſe publica luce dignari, dummodo a mea Tui non diſcrepet animi ſententia. Dabam Neapoli Nonis Septembribus an. MDCCCII.

Excellentiæ Tuæ Rmæ

Addictiſſimus Cliens
Dominicus Genuenſis.

Attenta relatione Reviſoris imprimatur. Datum Neapoli die 6. menſis Septembris 1802.

F. A. C. M.

Joſeph Abate Secretarius.

Eccellenza Rma,

DA Giovanni Armentano ſupplicando eſpone riverentemente a V. E. Rma, come avendoſi data la gloria di umiliare alla Maeſtà della Regina Noſtra Auguſta Padrona, una ſua Orazione Latina colla traduzione fattane dal ſuo Allievo Ferdinando Ferrari, della quale ne ottenne da V. E. Rma il decreto d' *Imprimatur*, per darſi alla luce; con ſua ſupplica in ſeguito umiliata alla M. del Re (D.G.) chieſe la grazia, che detta ſua compoſizione poteſſe portare in fronte l' Auguſto Nome della Sovrana; e con Real Carta de' 29. Settembre 1802. ſi è compiaciuta S. M. accordargli una tal grazia. Che perciò la ſupplica ordinare allo Stampatore, che in vigore di detta Real Determinazione, deſſe fuori ſtampata l'Orazione colla Dedica alla M. S., e l' avrà a grazia &c.

Vigore Regalis Diplomatis diei XXIX. Menſis Septembris infraſcripti anni, imprimatur retroſcriptum opus, & dedicetur S. R. M. Neapoli die IV. Octobris 1802.

F. A. C. M.

Joſeph Abate Secretarius.

Copia &c. = Illustriss. Signore = Avendo proposti al Re la Consulta di V. S. Illustriss., colla quale ha opinato permettersi a D. Giovanni Armentano di dedicare a S. M. la Regina una sua composizione fatta all'occasione del ritorno in Napoli della M. S., ed essendosi il Re degnato di uniformarsi al di lei parere; perciò nel Real nome glie lo partecipo per intelligenza sua, e del ricorrente Armentano, e per l'adempimento. Palazzo 29. Settembre 1802. Illustriss. Signore = Francesco Migliorini = Monsignor Capp. Maggiore.

Digitized by Google